



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXIV. Siegfried d. J. von Walstove tritt dem Kloster Arendsee seine  
Besitzungen in Sannem ab, am 4. März 1338.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

Sigilla vna cum sigillo Conuentus arnse pro testimonio presentibus duximus appendenda. Testes vero huius rei sunt dominus Gherardus tunc temporis prepositus in Crewese, dominus Ny-cholaus de Rossow perpetuus vicarius in arnse, dominus Gherardus Wynteruelde, Dominus thidericus de Berlin, Dominus Johannes de Coppenik, sacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini Millefimo Trecentesimo XXX. VII.º., feria sexta Infra octauam Natiuitatis beate marie.

LXXIV. Siegfried d. J. von Walstoue tritt dem Kloster Arendsee seine Besizungen in Sannem ab, am 4. März 1338.

Ne acta in temporis spacio peracta simul cum lapsu temporis labuntur, hinc est, quod ferie cartis autentice approbata Sigillis roborantur. Quapropter ego Scifridus Junior de Walstoue famulus coram omnibus presentibus [sic!] visuris ac auditoris publice per presentes reconosco, me omnia bona mea in villa zanneme existencia, tam bona hereditaria, quam pheodalia, collata an [sic] non collata, et omne dominium, omnem Jurisdictionem seu iudicium, et omnia mea bona ibidem existencia in agro et in campo, In aquis An in lignis, in pratis vel in pascuis seu in plateis, et precipue quidquid de bonis ibidem habeo seu possideo, Domino Johanni in Arnse preposito et priorisse et toti Conuentui dominarum ibidem existencium ad veram hereditariam possessionem possidendo perpetue, racionabiliter ac legitime vendidisse. Vt predicta eo firmiter ac cercius prefatis obseruentur, Ego Scifridus pretactus et Boldewinus senior de knisebeke et grus\*) de hytfaker promittimus vnanimiter in hiis scriptis, predicto preposito et monialibus antedictis predicta bona coram domino pheudi resignare et in omnibus precipue veram waram dare. In huius rei Testimonium sigilla nostrorum trium sunt appensa. Testes vero huius vendicionis sunt Dominus Engelbertus, prepositus in dambeke, Agherman, Johannes steso, cuius in soltwedel, et quam plures alii fide digni. Datum Anno domini M.º. CCC.º. XXXVIII.º., feria quarta in quatuor temporibus ante dominicam Reminiscere.

\*) *Wiesicht germanus* — eine Abkürzung ist nicht deutlich wahrzunehmen.

LXXV. Knappe Heinrich von Garthow überläßt dem Kloster Arendsee einen Hof zu Thielber, am 16. Juni 1338.

Nouerint vniuersi presenciam visuri seu auditori, quod ego hinricus, famulus, dictus de Chartow, filius domini hinrici militis dicti de Chartowe pie memorie, dimisi in toto Hono-